

Nuntiaturis, aliisque grauibus muneribus, vel in iudicaturis in Curia, verlati sint, in eius conspectu pro examine presentatos (vt ita cum omnibus pariformiter id sequatur), eos dimittit, atq; non patitur vt Examinatorum quæsitis subiaceant.

Examinandorum numerus, iuxta currentem praxim, esse non solet minor, quam trium, neque maior quam quatuor
16 ideoq; vbi nū ad sint, saltem tres examinandi, non solet ista Congregatio conuocari; Nisi aliter Papæ videatur, quia
17 nempe agatur de aliqua conspicua persona promouenda, quæ congruat singulariter absq; aliorum mixtura admitti; Et cum qua solet nimium benigne & circūspecte procedi, eo modo quo, in prædictis qualificatis, ac etiam probatæ idoneitatis Prælati, practicatur; Vt præsertim, nostra ætate, sub Urbano VIII., praxis docuit, in germano fratre Ducis Mutinæ, promoti ad Ecclesiam Regiensis, quam, eo defuncto postea aliquo tempore administravit, etiam adeo qualificatus Cardinalis. Eius alter eius frater Siquidem sufficiens reputari solet ex amen, quod huiusmodi personæ illi cōspectui se præsentent, atque se examinandos exponant; Super hoc tamen certa regula non habetur, cuiuscumque casui applicabilis, cum totum resideat in Papæ arbitrio ex singulorum casuum circumstantijs regulando.



De Congregatione Reformationis Regularium.

S V M M A R I V M

1 **D**E occasione erectionis huius Congregationis.

- 2 De suppressione paruorum Conuentuum.
- 3 De applicatione bonorum conuentuum suppressorum.
- 4 Quare ista Congregatio adhuc continuet, & qua negotia tractet.
- 5 Quod expediat adesse Regulares in oppidis, & locis.
- 6 De quibus in ista Congregatione disputari consueuerit.

D I S C. XXII.

UODERNA, & extraordinaria potius ista Congregatio est, cū ea quæ cleri regularis regimen ac directionem concernit, commissa sint Congregationi Regularium, quæ vnita est cum altera Episcoporum, vt superius in eius particulari Rubrica aduertitur. A

Cum autem praxis doceret, quod in paruis Conuentibus, vel Monasterijs, disciplina regularis non bene seruaretur, vnde propterea, quamplura resultarent inconuenientia, ipsis Religionibus, vel vniuerso Ordini regulari præiudicialia; Atque dicta Congregatio, ob negotiorum multipliciter, adeo vacare non posset, huic paruorum Monasteriorum vel Conuentuum, ac etiam aliquarum paruorum religionum, vel Congregationum reformationi (dum eadem ratio relaxationis disciplinæ Regularis, quæ inter religiosos eiusdem religionis viget in paruis conuentibus vel Monasterijs, proportionabiliter & comparatiue militat quoque in Religionibus in vniuersum); Hinc proinde, sub Innocentio X., erecta fuit ista Congregatio, ad instar aliarum, ex aliquo Cardinalium competentium numero constituta, cum mixtura aliquorum Prælatorum, quorum vnus est Secretarius; Atque per istam Congregationem, habita diligenti informatione status, ac reddituum omnium Monasteriorum, & Conuentuum, aliarumque domorum regularium, nec non aliquarum paruorum Religionum seu Congregationum, ad eisdem Congregationis consultationem, prodijt eiusdem Innocentij Constitutio B super suppressione omnium monasteriorum

- A. supra disc. 16.
B. Const. 50. Innoc. X.

rum Conuentuum & Domorū, in quibus, adminus sex Religiosi condecenter sustentari non possent, subiuciendo Ordinariis superioritati, & iurisdictioni illos conuentus, ac Monasteria, vel Domo, in quibus non adessent saltem 12. Religiosi ad præscriptum Constitutionis Urbani VIII. C; Applicando huiusmodi Conuentuum vel Monasteriorum suppressorum redditus & bona Ecclesijs parochialibus, vel seminario, alijsque pijs vsibus, vel operibus, Ordinariis arbitrio, vel ad eorum relationem, per ipsam Congregationem.

Quamuis autem, edita dicta Constitutione, videretur quod finis, ob quem ista Congregatio erecta fuit, adimpletus esset, & ideoq; ea resoluatur, vel cessare deberet, aliquorum opinio esset; Attamen continuauit, & continuat (quamuis tamen raro habeatur); ob contingencias circa idem; Vel scilicet, quod supplicantibus, præsertim populis & communitatibus, atque aliquam suppletionem offerentibus, sed ex alio iusto motiuo, ex pontificio oraculo, aliqui Conuentus suppressi reintegrari solent, in illis præsertim exiguis oppidis, vel castris, in quibus ille conuentus regularium esset vnicus, cum expediat, quod vltra parochum, & clericos sæculares, aliqui adsint regulares, qui ministrant quoque diuina, & sacramenta, illud præsertim poenitentia, ex rationibus quæ alijs occasione nouæ foundationis conuentus in Regularium sede insinuantur D; Siuè è conuerso, quod expediat aliquem Conuentum, tunc non suppressum suppressum, ob inconuenientia, quæ praxis doceat, ab eius existentia resultare, cum similibus contingentijs; quæ examinare expediat; Puta in instantibus locorum Ordinarijs, vel alijs ad quos pertinet, circa variationem applicationis bonorum, ac reddituum huiusmodi Conuentuum suppressorum, quia nempe tempus doceat magis expedire, vt vni potius, quam alteri operi applicatio congruat.

Speciem Tribunalis contentiosi circa illa prima tempora suppressionis, ista Congregatio habuit (pro stylo tamen extraiudiciali & summario pluries insi-

nuato aliarum Congregationum), quod scilicet Communitates vel locorum Domini, qui pro Conuentuum vel Domorum regularium fundatione, bona elargiti fuerunt, prætensionem excitarunt, vt tanquā ex cessante causa, cōcessio euanesce- re debuisset, ac propterea bona donata ad eos reuerterent; Verum exauditi non fuerunt præterquam in casibus, in quibus expressum pactum resolutiuum assisteret. E

E. tit. de donation. disc. 12. & seqq.



De Congregatione propagandæ Fidei, pluribusque alijs ecclesiasticis, vel spiritualibus, Cōgregationibus, putà; Cerimonialibus; Indulgentiarum; Reliquiarum, & similibus; Et de Congregatione Consistoriali, remissiuè.

S V M M A R I V M.

- 1 **Q**uomodo antiquitus hæc materia propagandæ vel conseruandæ fidei ageretur.
- 2 De eodem.
- 3 De introductione, & propagatione fidei in nouo Orbe.
- 4 De erectione huius Congregationis propagandæ fidei.
- 5 De erectione collegij eiusdem propagandæ fidei, eiusque instituto.
- 6 In quo consistat munus huius Congregationis.
- 7 An & quas controuersias contentiosas

- C. de his agitur sub tit. de regular. disc. 32.
D. dicto tit. de Regular. disc. 31.